Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



152

ezechiel

to immundum. Vaccerem de grege i
maculatum. Et offeres eos in conspectu
domini. Et mittent filii eos sacerdotes
sal. Et offerent eos in holocaustum domino.
VII. dies festos celebrabis hyeram. per quos cotti
die. Et mundum de armento. Vaccerem de
pecoribus immaculatos offerent. VII. diebus
expiabunt altare. Et mundabunt illud.
Et implebunt manus eius. Expletis
autem. VII. diebus. in die. VIII. Et ultra. facient
sacerdotes super altare holocausta
tua. Et que. pro peccato offerunt. Et placatus
ero vobis ait dominus deus. xlvi.

Et tulit me ad Capitulum
viam porte sanctuarii exterior
is. que respiciebat ad orien
tem. Et erat clausa. Et dixit dominus ad me.
Porta hec clausa erit. Et non aperietur.
Et vir non transibit per eam. quia dominus
deus israel ingressus est per eam. erit que clausa
principi. Et princeps ipse sedebit in ea.
ut comedat panem coram domino.
Per viam vestibuli porte ingredietur. Et
per viam eius egredietur. Et adduxit
me per viam porte aquilonis. in conspectu
domus. Et vidi. Ecce impleuit gloria
domini domum domini. Et cecidi in fa
ciem meam. Et dixit ad me dominus.
Fili hominis. pone cor tuum. Et vide
oculis tuis. Et auribus tuis audi omnia
que ego loquor ad te de omnibus cere
moniis domus domini. Et de cunctis
legibus eius. Et pones cor tuum in introitu
templi per omnes exitus sanctuarii. et
dices ad exasperantem me domum
israel. Hec dicit dominus deus. Sufficiat
ant vobis omnia scelera vestra domus
israel. eo quod inducitis filios alienos
incircumcisos corde. Et incircumcisos
carne. ut sint in sanctuario meo. Et pol
luant domum meam. et offeris
panes meos. adipem. Et sanguinem.

Et dissolutis pactum meum in omni
bus sceleribus vestris. Et non custodistis precep
ta sanctuarii mei. Et posuistis custodes
observationum mearum in sanctuario meo
vobis metipsis. Hec dicit dominus deus.
Omnis alienigena incircumcisus
corde. Et incircumcisus carne. non ingre
dietur sanctuarium meum. Et omnis
filius alienus qui est in medio filio
rum israel. Ergo. Levite qui longe recesse
runt a me in errore filiorum israel
Et erraverunt a me post idola sua. Et por
tabunt iniquitatem suam. erunt in
sanctuario meo ministri. Et iantores por
tarum domus. Et ministri domus ipsi
mactabunt holocausta. Et victimas
populi. Et ipsi stabunt in conspectu eorum ut
ministrent eis. Pro eo quod ministraverunt
illis in conspectu idolorum suorum. Et fuit
domus israel in offendiculum iniqui
tatis. idcirco levavi manum meam
super eos dicit dominus deus. Et por
tabunt iniquitatem suam. Et non ad
propinquabunt ad me. ut sacerdotio fun
gantur mihi. neque accedent ad omne
sanctuarium meum. in sancta sanctorum. Et
portabunt confusionem suam. Et scele
ra sua que fecerunt. Dabo eos iantores
domus in omni ministerio eius.
Et in cunctis que fiunt in ea. Sacerdo
tes autem. Levite filii sadoch. qui custo
dierunt cimonias sanctuarii mei cum
errarent filii israel a me. ipsi accedent
ad me ut ministrent mihi. Et sta
bunt in conspectu meo ut offerant
mihi adipem. Et sanguinem. ait dominus deus.
Et ipsi ingredientur sanctuarium meum.
Et ipsi accedent ad mensam meam. ut mi
nistrent mihi. et custodiant cere
monias meas. Cum ergo ingredien
tur portas atrii interioris. vestibus lineis
induentur. nec ascendet super eos